

sententiam, rem iudicatam, transactionem, iuramentum, solutionem, quietantiam, prescriptionem, & similia, etiam quod in eadem lege nominatim, & expressè fiat mentio de præteritis, l. causus, C. de transactionibus, Bart. in l. omnes populi, num. 41. vers. Distingue, ubi Crotus, num. 137. ff. de iust. & iur. Abbas in cap. fin. num. 9. & Felinus num. 3. versicul. Hanc fallentiam, de consuet. Capta, Reg. 6. num. 3. Alexand. consil. 199. num. 4. vers. Secundo respondeo, lib. 6. Cardinal. Tufch. tom. 5. littera L. conclus. 264. num. 63. cum sequentibus, & conclus. 265. num. 13. cum sequentibus, Alderanus Mascard. de gener. statuto. interpretat. conclus. 13. num. 16. cum sequentibus, Barboia axiom. 136. num. 23. Farinac. fragment. crimin. par. 2. littera L. num. 44. cum sequentibus, ubi ampliat duobus modis, & tribus limitat. At Nos loquimur de executorialibus in futurum obtentis contra prohibitionem Concilij Tridentini ad diuersum finem, & effectum, quam dictæ declarationes, & Rotæ decisiones, vt hæcenus probatum est.

Itaque concludendum erit, quod decretum Tridentin. in dict. cap. causæ omnes, duas habet partes principales, quarum quælibet circa res inter se penitus distinctas, & diuersas disponit. Atque idè declarationes Cardinalium, & decisiones Rotæ prædictæ nihil attingunt eius primam partem, quæ de causis primæ instantiæ loquitur: sed secundam tantum, quæ incipit ab eius §. ad hæc, tractantem de iurisdictione Prælatorum inferiorum Episcopo non habenda, nec exercenda in causis criminalibus, beneficalibus, & matrimonialibus, pro vt expressè & signanter dictæ decisiones expriment, dict. §. ad hæc, in cuius etiam declarationem emanantur declarationes Sanctæ Congregationis, ne dict. §. ad hæc, prohibitorie obstat Prælati inferioribus habentibus executoriales obtentas in confirmationem, & roboracionem suæ iurisdictionis in prædictis casibus alijs prohibitis, & vetitis per Trident. in dict. §. ad hæc, cuius pars superior respicit exercitium duntaxat iurisdictionis in Iudices alijs eam habentes: pars verò inferior respicit totalem iurisdictionem, quoad proprietatem, & dominium, an, & quomodo per Prælatos inferiores Episcopo ea adquirenti seu retineri possit, super quo declarationes Cardinalium, & decisiones Rotæ supra relatæ emanantur.

Ad ceteras autem difficultates, quod declinatoria, & in competentia opposita, super qua pronuntiatum fuit, non obstat: Respondetur procedere, & habere locum, quoties opposita fuerit ab eo, qui absque alterius præiudicio potest prorogare iurisdictionem Iudicis non sui, atque ita quando pendet prorogatio à sua mera, & libera voluntate, absque alterius dependantia & præiudicio, pro vt loquuntur omnes DD. ibidem relati.

At verò quando in eis datur connexitas, ita vt quilibet solus absque alterius consensu nequit prorogationem facere in alienam iurisdictionem, tunc nullo modo valet prorogatio absque alterius consensu tacito, aut expresso, maxime in istius præiudicium, pro vt latius probatum reliquimus superius à num. 34. cum sequentibus, versicul. Tertio comprobatur, atque propterea resolutio nostra in hac questione ab omni impugnatione defensa est, & tenenda.

Et post hæc scripta & perlegi Gundifalium

de Paz in prax. 1. tom. vltim. preclud. à num. 111. ubi tradit formam, seu modum comprehendendi in Senatu Regio pro litteris apprehendis in contrauentionem S. Concl. Trident. in dict. cap. causæ omnes, & de modo procedendi, allegandi pro vtraque parte, & decernendi, & se adiuuasse asserit, quod in hoc Supremo Consilio non retineantur litteræ, quando pars semel comparuerit in Romana Curia, allegauit contra ipsas litteras, seu etiam declinauerit. Quæ quidem praxis falsa est, & nunquam audita in hoc Consilio Regio, quam insuper praxim etiam ipse Paz fortiter impugnat, casu, quo verè adesset, quem eiusque fundamenta ad litteram referam, quia bonè conducunt eis, quæ hæcenus latè tractauimus, qui sub eodem n. 111. propè finem, & num. sequentibus, ita ait: Quia in re audio praxim in Consilio Supremo obtineri, nempe quod si possessor beneficij, vel ille, contra quem litteræ Apostolicæ impetrantur allegans contra prædictas litteras, & etiam proponens exceptionem declinatoriam ex eo, quod fuerit impetratæ, & concessæ contra Decretum Concilij, & postmodum litteræ deferantur ad Consilium Regium per partem aduersam, vel per promotorem Fiscalem, vt ibi retineantur, donec Summus Pontifex consulatur, & de veritate informetur; quod tunc Regij Consiliarij pronuntiant litteras reddendas esse impetranti, nec esse detinendas; eo quod possessor beneficij, vel ille contra quem impetratæ fuerunt, consentit iurisdictioni Auditoris Cameræ Apostolicæ, & eam prorogatur.

Quæ praxis (inquit ipse Paz) iura obseruat, vt nescio quo iure sustineri possit; nam possessor beneficij consentit non possit in Iudicem non suum, nec eius iurisdictionem prorogare, cum prorogatio iurisdictionis nihil aliud sit, quam extensio iurisdictionis ordinariæ ad alium casum, vel ad personam sub ea non expressam, vt colligitur ex l. 1. §. 2. ff. de iudicis, & in cap. P. & G. de officio Delegat. Et extensio fieri non potest, nisi ab eo, quod est argument. text. in l. sed est manente, ff. de precario, & in l. 4. ff. de damno infecto, & in cap. ad dissoluendum, de desponsatione impuber. sequitur inde iurisdictionem prorogari non posse, nisi Iudex aliquam iurisdictionem habuerit, quæ extendi possit, vt probatur in l. 1. ff. de iudicis, & in l. 1. ff. de iurisdiction. omnium Iudic. & in cap. significasti de foro competent. ibi: Eum qui iurisdictioni præesse dignoscitur: Sed Auditor Cameræ Apostolicæ, nec alius quicumque potestate fulgens in prima instantia nullam iurisdictionem habet circa causas beneficales, & circa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes præter Iudicem Ordinarium, vt probatur in dict. cap. 20. Concilij Tridentini, ubi: In prima instantia coram Ordinarijs locorum duntaxat cognoscantur. Quibus verbis & omnino tollitur iurisdictione in prima instantia quibuscumque Iudicibus, & solummodo Ordinarijs locorum conceditur, probatur etiam in eodem, cap. 20. ubi: Atque omnino saltem infra biennium à die motæ liti terminentur, alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum Iudices Superiores, alijs tamen competentes adire. Quibus verbis planè ostenditur solummodo post biennium Iudicem superiorem, alijs competentem per partes adire posse. Ergo infra biennium Iudex superior

superior quantumcumque competens, præterquam Ordinarijs locorum de prædictis causis in prima instantia cognoscere non potest. Rursum probatur in dict. cap. 20. in vers. Ab his, ubi solummodo excipiuntur duo casus, & in quibus Ordinarijs non cognoscit, & nullus ex eis est casus noster; præterea probatur in eodem, cap. 20. vers. Legati quoque, ubi dicitur, quod Legati de Latere, Namij nec alij, quantumcumque facultatum vigore in prædictis causis non possint Episcopos impedire, & iurisdictiones eorum præterire, aut turbare, nec contra Clericos aut personas Ecclesiasticas procedere, nisi eorum Episcopo prius requisiti, atque negligente. Ergo ex prædictis constat, in prima instantia Auditorem Cameræ Apostolicæ nullam iurisdictionem habere, & omnino incompetentem esse cognitionis prædictarum causarum, & per consequens iurisdictionem prorogari non posse, cum non sit quid prorogetur.

Secundò pro hac mea opinione (inquit ipse Paz) facit quod de substantia prorogationis & est consensus partium litigantium, iuxta text. in l. 1. & 2. ff. de iudicis, sed Clericus sine licentia proprii Episcopi non habet consensum prorogandi iurisdictionem & Iudicis non sui, vt probat textus in cap. significasti, ubi: Consentire non potest. Ergo in nostro casu prorogatio fieri non potuit, præsertim quod consensus prorogandi in prima instantia tollitur partibus litigantibus per Concilium Tridentinum in dict. cap. 20. ubi: Alioquin post id spatium liberum sit partibus, &c. Quibus verbis constat in illo tantum casu, scilicet, quando infra biennium causa non fuit terminata coram Ordinario, concessam esse libertatem partibus adeundi Iudicem superiorem, alijs competentem; ergo præter illum casum sublata censetur partibus libertas adeundi superiorem, alijs quantumcumque competentem, & per consequens litigantes in prima instantia non habent consensum adeundi alium Iudicem, quam Ordinarium.

Tertid hæc mea opinio probatur ex eo, quod ius alteri quæsitum & non debet ei subtrahi, vt in l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, & in cap. cum Ecclesia Vulerana de electione, nec alteri per alterum iniqua conditio asserri debet, vt in l. non debet, ff. de regul. Sed si per partes litigantes iurisdictione alterius Iudicis in prima instantia prorogari non possit, iam ius quæsitum Ordinarijs locorum (per Concilium Trident. in dict. cap. 20.) eis subtraheretur, & iniqua conditio eisdem asserretur, si sine eorum consensu subditi sui prorogarent iurisdictionem alterius Iudicis, cum præiudicet suis sportulis, & honore iudicandi, qui omni lucro præferendus est, in l. Iulianus, ff. si quis omnia causa testament.

Quartò hæc opinio probatur ex eo, quod Auditor Cameræ Apostolicæ & est Iudex Delegatus, vt scimat gloss. 1. in Clementin. Auditor. de rescriptis, quam dixit ibi veram, Cardinal. num. 6. & Staphileus in tract. de signat. iustitio in preiudicio 1. num. 6. Sed ad prorogandam iurisdictionem Iudicis Delegati consensu expellitur, & non tacitus requiritur iuxta textum in cap. statutum, §. in nullo, de rescriptis, lib. 6. Ergo per solam comparationem simpliciter etiam factam, absque oppositione exceptionis declinatoriæ coram & Auditore Cameræ Apostolicæ,

prorogatio iurisdictionis prædicti Auditoris non inducitur, quia talis comparatio solummodo inducit consensum tacitum, & non expressum, iuxta Glossam receptam in dict. cap. statutum, §. in nullo.

Ex quibus omnibus (concludit ipse Paz) planè constat, prædictam & praxim iure fulcitam non esse, imò etiam litteras Apostolicas retinendas esse, quamuis ille, contra quem impetratæ fuerant, comparuerit coram Auditore suas exceptiones allegans, & monitorio respondens.

Alioquin si partes litigantes sine licentia suorum Ordinariorum & consensu possent in alium Iudicem, illudorium maneret Decretum Concilij, & concessiones Pontificum Regi Hispaniarum concessæ, sicutque summis Iuribus impetratæ ad conseruationem, & obseruationem Concilij Tridentini, frustrarentur, &c. Hæcenus Gundifalvus de Paz, qui bonè percepit Articulum hunc, de quo Nos à principio huius capituli latius tractauimus comprobantes; atque apud eum, vt superius diximus, talis praxis non adest, nec adfuit in hoc Supremo Senatu Regio.

CAPVT XVIII.

Si empti pignoris in subhastatione facta per Iudicem Delegatum quæstio moueatur, an coram eodem Delegato sit tractanda, vel potius per Senatum Ordinario remittenda.

Et an litteris Apostolicis semel exequutis, si possessor ceciderit à possessione, istius causa, siue in possessione, siue in proprietate deducta ad Ordinarium remittatur.

SVM MARIVM.

Delegatus ex commissione subscripta manu Sanctissimi nequit cognoscere de controuersia mota tertio empti rei ab eo subhastata vigore sua commissionis, num. 1. & sequentibus.

Empior pignoris subhastati legitime efficitur simul possessor, num. 2.

Iudicium motum contra possessorem emptorem pignoris subhastati nouum est, intentandum coram suo Iudice Ordinario iuxta Trident. n. 3.

Text. in l. à Diuo Pio, §. post additum, ff. de re iudicata. verba ad id ponderantur, n. 4.

Controuersia super pignore vendito, aut adiudicato, non via summaria, sed ordinaria erit definienda, num. 5.

Ordinarius Iudex competens super controuersia pignoris subhastati, non erit ille prior subhastans; sed cui emptor subest, num. 6.

Clerico creditori, si super pignore adiudicato per laicum, controuersia mota sit, non coram laico, sed coram suo Iudice Ordinario conuenitur, n. 7.

Clericus creditor, ex sententia graduationis lata per laicum obtinens bona, reus efficitur necessarius, deinceps ab anterioribus creditoribus conueniendus coram Ecclesiastico, num. 8.

Lis graduationis post sententiam executioni datam facta ad iudicationem singulis creditoribus, finita est, num. 9.

Lis dicitur finita per rem iudicatam executioni mandatum, num. 10.
 Per rem iudicatam executioni mandatum nec lis finitur, nec possessio vitium amittit possessionem omnino manentibilem, num. 11.
 Mandatum de exequendo, post rem iudicatam realiter non exequuntur, possessorem condemnatum possessione non priuat, nec in vincemem transferri, ibid.
 Dominium non transferitur ex re iudicata ante eius executionem, & rei traditionem, n. 12.
 Stephani Gratiani disceptatio refertur, quod ut dicitur lis finita, non sufficit res iudicata, nisi eius executio realis subsequatur, n. 13. & seqq.
 Procuratoris finitur mandatum per solam rem iudicatam, qui nequit executionem imitari, n. 14.
 Post rem iudicatam vsque ad triginta annos peti potest executio actione in factum, vel officio Iudicis, num. 15.
 Segnestrum durat in causa appellationis, quia nisi per rem iudicatam, lis non finitur, n. 16.
 Executio requiritur, ut lis dici queat finita, n. 17.
 Si post litem finitam, apprehensumque possessionem à creditore controuersa oriatur, nouum est iudicium, num. 18.
 Quod noua eget instantia, num. 19.
 Res insolutum creditori data si euincatur à tertio, vel ab alio, nequit creditor agere primam actionem per adiudicationem iam extinctam, sed alia noua agere debet, num. 20.
 Litteris ad immissionem in possessionem, vel executorialibus in Rota obtentis, semel executis, controuersa super possessione ad Ordinarium pertinet, n. 21.
 Executione litterarum, aut executorialium facta expirat Delegati iurisdictione, num. 22.
 Inductus in possessionem si aliquo tempore in ea permansit, Delegati expirat iurisdictione, ne fiat preiudicium Ordinario, ad quem iter super noua controuersa, num. 23.
 Tertius comparens post peractam litterarum executionem super re, aut beneficio coram Ordinario debet litem mouere, non coram exequutore, n. 24.
 Ius immittendi in possessionem cessat post factam immissionem actualem, etiam si ab ea ceciderit, num. 25.
 Semel immissio in possessionem amplius immissio non competit, num. 26.
 Immissio à possessione cedente cessat via executorialium, aut executorialium, & via Ordinaria agere debet, num. 27.
 Executione peracta semel super controuersa actiua, aut passiuam ad Ordinarium erit recurrendam, num. 28.
 Executor gratia cum clausula (inducentes, & defendentes) habet iurisdictionem ad defendendum immittam iam à molestis, n. 29.
 Quod in Gallia non admittitur, sed quia expirant iurisdictione per actualem executionem ad Ordinarium recurrendam, num. 30.
 Quod & idem seruatur in Hispania ex dispositione Concilij Tridentini. cuius Rex efficitur protector, & in Senatu dari decretum, ut causa remittatur Ordinario, firmat Riccius, num. 31.
 Executors meri cum clausula (ceterum) nequeunt post peractam executionem, iurisdictionem amplius exercere obitante Trident. decreto, sed ad Ordinarium recurrendam erit, num. 32.
 Causa immissi, & turbati in possessione, & proprietate Ordinario remittitur, cum executione facta

ex executoris expirant iurisdictione ex Trident. cuius prima instantia aliter percipi diceretur, num. 33.
 Clausula (defendentes inductum) nequit vti inferior à Papa in preiudicium Ordinarij, quia si Papa utatur, subscribere debet propria manu, aliter Senatus causam remittit Ordinario, quia post peractam executionem executoris finita fuit iurisdictione, num. 34.
 Comparens post immissionem ex alio testamento, non auditur via executoria, sed Ordinaria, coram Iudice Ordinario rei possessoris, n. 35. & 36.

INDEKX à Sede Apostolica Delegatus ex commissa propria manu Sancti scripta, vel aliàs causa legitimi ad Sedem Apostolicam (super qua debitor fuerat coram Ordinario primitus conuentus) deuoluta, & ad executionem executorialium, in Rota contra debitorem obtentum datus, postquam ipse debitor bona pro satisfactione creditoris substatuauit, & re emptori tradita soluto pretio accidit, in eum super eadem re quaestionem moueri, si alio à tertio suam esse contendente, siue ab alio creditore ex causa iuris offerendi, & coram eodem Delegato; ipse tamen emptor conuentus certans ad suum Ordinarium cause huiusmodi cognitionem pertinere ex Decreto Concilij Tridentini, sess. 24. de reformatione, capitul. 20. tenentur ad Senatum pro eius protectione, vt ad Ordinarium remittatur: & debere obtinere paucis cognoscatur.
 Etenim, Clericus pignoris emptor, & soluto pretio, fac per consequens per se iam venditione, possessor ex legitimo titulo effectus est, & Iudicis autoritate (qui illa lite iam finita desinit esse Iudex, l. posteaquam, ff. de re iudicata, cap. in litteris, de officio Delegati) si super eadem re conueniatur, nouum equidem paritur iudicium, & nouam instantiam, atque ideo actor eius forum omnino sequi tenetur, cum sit generale, de foro competenti, cum vulgaribus; quare instantia hac noua per necesse coram Ordinario suo tractanda erit, iuxta dict. capitul. 20. Trident. & ea, que late deduximus supra hac 2. p. cap. 8. & cap. 9. & iterum in cap. 23.
 Pro quo in terminis est text. elegans in l. 4. Dino Pio, §. si post additum, ff. de re iudicata, his verbis: Si post additum pignus aliqua controuersa emptori moueatur, ante cognitionem eiusdem Iudicis, qui sententiam executus fuit, videndum est, & cum semel emptio perfecta sit, eiusque, qui se comparuit, periculum versetur, non puto locum esse cognitioni, certe postquam inductus emptor in possessionem, nome cessauerit partes eorundem Iudicium; idemque & si ipsi, cui quis iudicatus est, res fuerit addita: Vbi scribentes duas vtiliter conclusiones firman; quod in controuersis emergentibus post venditionem, et vel pignoris adiudicationem non summarie, sed ordinarie, iurisque ordine seruato procedi debet aduersus eundem emptorem. Alterat verò (per necessitatem consequentiam ex prædicta conclusione deductam) quod coram Iudice Ordinario emergentia hæc, vt noua pertractanda erunt. Iudex autem à Ordinarij hic non intelligitur ille prior, qui sententiam additionis tulit; sed ille dumtaxat, qui erit Iudex competens emptoris, eiusque, cui pignus fuit additum, vel insolutum datum.

gitaliter explicat Paulus de Castro in dict. §. si post additum, Franciscus Viuius decif. 527. n. 7. lib. 4. Guzman in tractatu de electionibus, q. 7. n. 67. cum sequentibus.
 Et confirmatur ex doctrina Socini Regul. 10. fallent. 1. & 2. & claris per Anton. Colliam in conf. o. num. 11. lib. 2. dicentes, quod si Clericus primus creditor, cui pignus ex licitatione facta per Iudicem laicum additum fuit pro sui satisfactione, qui postmodum ex causa iuris offerendi à secundo creditore conueniatur; debeat iste secundus creditor Clerici forum sequi, & Iudicium sui Ordinarij, ad quem controuersia huiusmodi cognitio dumtaxat pertinet; sequitur Alphonsus de Guzman vbi proxime, à num. 62. dicens: Quod etiam ipse Clericus creditor obtinuerit bona ipsa virtute graduationis, & sententia lata per Iudicem secularem; nihilominus cum id iudicium iam extinctum & finitum fuerit, & Clericus iusto titulo effectus sit possessor, & reus necessarius, non poterit ab eodem Iudice seculari compelli, bona anterioribus creditoribus restituere, cum noua sit causa, nouum ius, que noua instantia egeat ad suum Iudicem Ordinarium remittenda, ex supradictis.
 Et qualis graduationis in Iudicio seculari fuit proculdubio extincta, & iam finita per executionem iam peractam, & actualem additionem factam creditori vincenti, ita Bart. & Iass. in l. fideiusso. §. si satisfactum ff. qui satisfacti cogantur, & Guzman vbi proxime, num. 64. cum generale verum sit, quod lis dicatur finita per rem iudicatam executioni mandatum, vt per Sarner. in Regula de annali. q. 44. num. 4. & 5. Caputaq. decif. 172. p. 2. Mohedanus decif. 8. alias 115. decif. 14. alias 240. de causa possessionis, & proprietatis, & decif. 3. alias 180. n. 3. de litis pendenti. Viuius decif. 527. num. 3. Guzman vbi proxime num. 65. & Nos pos Sarner. Lancelot. Robert. aliaque plures Rotæ decisiones latius probamus in tractatu de Regia protecl. 4. part. capitul. 14. à num. 250. cum sequentibus, quibus adde Viuiam in tractatu de iure patronat. decif. 25. num. 7. Et nos firmamus ibidem; et de conuerso etiam per rem iudicatam non sequuta eius executione, litem minime finitam dici, atque ideo sententiam ante executionem factam non priuate possessione victum, quam non amittit, sed verè retinet interim manentibilem, vt pulchre Coccius decif. 184. num. 3. & à princip. Alexand. Ludouif. decif. 546. num. 9. & 10. & idem Coccius decif. 223. num. 4. optime etiam Seraphinus decif. 937. num. 2. Cassiac. decif. 7. de causa possessionis, & proprietatis. Paleotus decif. 215. Que decisiones idem affirmant etiam si post rem iudicatam subsequatur mandatum exequendo, quia sola voluntas, & iustus Iudicis in effectum non deductus non priuat possessionem condemnatum; nec in vincemem transferit.
 Et quod lis non dicatur finita ante rei iudicata realem executionem, in super probant Pacificus decif. 144. num. 2. post tractatu de Saluian. in merid. Rota in recent. decif. 225. num. 2. part. 1. Ludouif. Post. de manention. obseruat. 12. à num. 160. & post tractatum decif. 167. num. 7. & alias decisiones allegat ipse Post. ibidem, num. 161.
 Hinc fit quod ex sententia non transferuntur dominium seu quasi ante traditionem, & exe-

cutiorem, Alexand. consil. 90. num. 8. volumin. 2. & in consil. 1. num. 5. volumin. 5. Decius consil. 594. num. 3. Doctores in l. ex hoc iure, & in l. 2. per text. ibi. C. communia vtriusque Iudic. & in l. Pomponius, §. si iustus ff. de acquirend. possess. Puteus decif. 160. part. 3. Matta in consil. 50. n. 2. & melius num. 19. & seqq. & vide infra num. seqq. & à num. 17.
 Et quod lis non dicatur finita per solam rem iudicatam, sed præcisè ad id requiritur eiusdem simul executio, probat Stephan. Gratian. in disceptation. forensi. tom. 1. cap. 66. in hæc: Non obstat, quod etiam dicatur lis finita per sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, l. casus, C. de transact. Glossa in cap. 1. verb. Finis. de litis contestat. Cassiodor. decif. 6. super Regul. num. 5. Parisius consil. 30. in causa, num. 55. lib. 4. Vnde non ineluditur executio, cum sufficit finite litem per rem iudicatam, ita vt proficatur ad lites non censetur habere mandatum ad impediendum executionem sententiæ, Geminian. in cap. 1. §. sed si post rem. vers. Nota ex illo, dict. n. 4. de exceptionibus in 6. quia verum est litem finiti per sententiam, suppleudo tamen executioni mandandam; & postquam res datur ei, qui viceit, quia aliàs per sententiam, & rem iudicatam non dicitur lis finem accipere, Mandol. regul. 3. q. 27. col. 1. ad med. vers. Ad propositum quaeritur, vbi restatur ita in Rota factum fuisse decitum, & declaratum, & intelligi omnia in contrarium deducta, & ibi etiam quod post rem iudicatam, vsque ad triginta annos potest peti executio actione in factum vel officio Iudicis, l. auctori, C. de iure iurand. Bart. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, de pactis, & c. Et idem Gratian. cap. 114. num. 34. ibi: Verius est, vt etiam in causa appellationis sequestum daret, cum aliàs non dicatur lis finem accipere, nisi per sententiam in iudicatum transactam, l. casus, C. de transact. & c. Ita vt etiam requiratur executio, et vt possit dici lis finita, Mandol. vt dictum sup. cap. 66. num. 20. & ita in specie casus nostri respondit Curtius de sequest. cap. 2. q. 18. n. 66. & c. probat Puteus decif. 30. lib. 2. latissime Lancelot. de attent. 4. p. in prefati. n. 230. Nicolaus Garcia de beneficio. 6. p. cap. 4. n. 41. in fine, Achill. decif. vnic. de executione sententia, Rota vt per Farinac. decif. 276. n. 6. tom. 2. in post-bumis, qua post Lancel. de attent. p. in prefati. n. 230. & Sarnar. in Regul. de anna. q. 44. & Puthem decif. 30. lib. 2. adducitur Rota in vna Salmanina Capellania del voto 2. Aprilis, & 5. Iulij 1593. coram Cardinali Pamphilio.
 Atque ideo si post finitam litem, & habita à creditore possessione emerget aliquid, quod sit in iudicium et deducendum, nouum equidem erit iudicium, vt per Capuraquen. dict. decif. 171. bene considerauit Guzman. dict. cap. 7. num. 66. Quod quidem noua eget instantia, et vt latissime comprobauimus supra hac 2. part. cap. 8. & cap. 9. & cap. 13. Vbi plurimæ doctrinæ conducibiles reperientur.
 Et pulchre confirmatur, quoniam si ab ipso creditore, cui pignus insolutum datum fuit à Iudice pro debiti satisfactione, siue per adiudicationem Iudicis, siue partis, res ipsa pignoriata, et apud eum euincatur à tertio, vel alio creditore; nequit ex actione prima agere, cum ex actuali additione, & adiudicatione fuerit extincta, ac per consequens lis super ea mota, sed alia noua

nova actione agere debet, puta vili exempto, post Petrum Surdum, Gratianum, Fabium, Anna, Felicianum & Solis, Castellum & alios abunde diximus, & probamus in tractatu de Regia protecl. 4. part. cap. 7. à num. 160. cum sequentibus.

Multò minus contra ipsum creditorem habita rei addicte possessione lis ipsa, & actio prima dnrare dicitur, ac per consequens coram Iudice suo Ordinario hac noua actione hõc que nouo Iudicio conueniri debet, cum noua egeat instantia, & nouis terminis, ac defensionibus: quapropter omnino per Senatum ad Ordinarium remittenda, quo iure quidem quotidie vtmur in hoc Supremo Regio Consilio, quoties ab eo protectio hæc Consilij postulat.

Ex his fundamentis, eorumque principali doctrina inferuntur, ¶ quod si executoriales expendantur in Rota, vel litteræ Apostolicæ dentur alicui Delegato commissæ, vt alicui prouisoriatradat possessionem beneficij, alteriusve rei, aut iuris, si facta iam actuali earumdem executione, illarumque virtute victor, aut prouisus habuerit possessionem pacificam, si ab aliquo tertio fuerit turbatus, aut spoliatus, nullatenus poterit executor ipse virtute executorialium, aut litterarum Apostolicarum ipsum restituere, nec manutene, cum hæc sit noua causa, & nouum à priori diuersum Iudicium, quod omnino, siue in possessione, siue in proprietate debet remitti ad Ordinarium, ad quem huius causæ cognitio actiue, & passiuè omnimodo pertinet, cum Delegati Iudicij iurisdiclio iam fuerit extincta, & finita post peractam executionem. Elegans est decisio Cassiadorijs decis. 1. de restit. spoliat. Rota per Iacobum Caballerium in decis. 347. n. 1. & 2. Vbi quod statim expirant potestas Iudicis Delegati, & executoris, ¶ & fuisse ita decisum per Rotam in vna Casalenf. Canonica. 22. Ianuarij 1605. coram Reber. Arcuatens. & in alia Ferrariens. bonorum 19. Ianuarij coram Dunazeto, testatur Caballerius ibidem, num. 2.

Et per Ioannem Andream in cap. pro illorum de prebendis, & dignitat. & Abbatem, Stapulium de litteris ¶ gratia, titulo de vi, & effectib. §. significat. clausula inducentes, n. 3. & per cap. in litteris, de officio Delegat. tenet Nicol. Gateia de beneficijs 6. p. cap. 2. à num. 154. & sup. à n. 151. Quod si aliquandiu inductus in possessionem pacificè possideat; expirat Iudicis Delegati potestas, ne fiat præiudicium Iudici Ordinario, ad quem pro controuersia mota inducto & prouiso, & noniter facta recurrendum sit, referetque eundem Ioannem Andream sic audiuisse Curiam tenere, sitmantem, nisi in continenti post factam executionem in possessione turbetur missus, secundum Ioannem, & Abbatem, n. 6. Felinus 20. vers. 2. in cap. quarenti. de officio Delegati. Et ita procedunt, quando scilicet in continenti turbatus est missus, quæ Nos latissimè disputauimus, & resoluimus in tract. de Regia protecl. 4. p. cap. 14. à num. 217. cum multis segg. Vbi quando in continenti ab ipso condemnato turbatus, vel spoliatus possessor immittitur; de quo etiam Barbofa in collect. ad c. quarent. n. fin. de officio Deleg.

Sicut etiam quando post factam executionem, & possessionis ¶ traditionem virtute litterarum Apostolicarum, quis vellet mouere controuersiam super re, vel beneficio iam possesso, nam tunc tertius iste comparens non coram Iudice eodem Delegato, qui missionem realem fecit

coram Ordinario, ad quem debet recurrere, tenetur actionem, & ius suum deducere, & contra possidentem agere; etenim ad audiendum huiusmodi nouum contradicendum, executoris Delegati potestas expirauit, cum sit noua actio, & nouum Iudicium, vt in terminis ex hac ratione tenet Nicol. Gateia de beneficijs 6. p. c. 2. à n. 145.

Et ratione probatur; nam cum litteræ Apostolicæ dentur ad immittendum in possessionem, ¶ post immisionem, cessat potestas, & iurisdiclio, atque commissio, sicut & cessat ius prouisi, qui iam semel missus fuit, etiam si ab ea cederit, & spoliatur, vt post Alexand. conf. 138. viso puzto. num. 2. & 3. lib. 5. Anchar. conf. 189. num. 6. vers. Præterea posteo, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. E. concl. 493. à n. 9. cum segg. Nos de Regia protecl. 4. p. cap. 14. n. 224. Quia immisio non competit ¶ amplius iam possessori, licet à possessione ceciderit, latè Castilio controuerf. cap. 24. n. 25. rom. 3. Alexand. Ludouif. decis. 46. n. 3. & segg. & decis. 200. à n. 3. Nec virtute earumdem litterarum semel ¶ executioni traditarum agit missus patiens controuersiam, quia expirauit via executiua, & ordinaria agendum erit, Felin. in cap. quarenti, n. 10. vbi in fine, dicit commun. Rota apud Seraph. decis. 162. ex n. 4. Quare pro qualibet turbatione, & controuersia actiua, ¶ aut passiuè peracta iam executione debet ad Ordinarium recurri, ne lædatur dispositio Tridentini, in d. cap. 20. sess. 24. de reformatione, præseruans primam instantiam Ordinario, & ita probat Nicolaus Garcia de beneficijs. 6. p. cap. 2. num. 154. & segg.

Et in his, in quibus versamur terminis, idem probat Ioannes Aloyfius Riccius in practic. Aurea, resolution. 299. in hæc: Executores ¶ gratiæ cum clausula (Inducens, & defendentes, &c.) non solum habet iurisdiclionem ad ponendum in possessionem beneficij impetrantem, & ad faciendum ei respondere de fructibus; sed etiam ad defendendum eum post immisionem, si ab aliquo tertio molestarerur, vt per text. & ibi Abb. & Felin. in cap. quarenti, de officio Delegati, num. 10.

In Gallia tamen hæc conclusio non practicatur, ¶ quia facta executione executor functus est munere suo, & postea iurisdiclio Ordinariorum est, etiam quoad turbationem in possessione; nam turbatus coram Ordinario conqueri debet, per concordata supra allegata; ita notarunt Rebuffus in pract. benefic. in forma noua pronisio. verb. Amoto qualibet illicito detentore, March. decis. 100. p. 1.

In Hispania ex Bullis concessis in fauorem Potentissimi ¶ Regis nostri Philippi à Summis Pontificibus felicis recordationis Pio V. & Gregorio XIII. qui faciunt eum protectorem Sacrosancti Concilij Tridentini; credo, quod seruatur idem, quod in Gallia, & quod causa contra turbantem remittitur Ordinario, & super hoc dantur rescripta in Supremo Consilio; & de iure communi, Abbas, & Ioann. Andr. in dist. cap. quarenti existimabant, quod perfecta executione, si aliquandiu pacificè possidebat impetrans, erat extincta iurisdiclio Delegati, aut executoris, non obstantibus dictis clausulis, ob quas moti fuerunt supradicti omnes, & etiam seruare Curiam affirmat Stapulius in tractatu de litteris gratiæ, & iust. tit. de vi, & effectib. clausul. fol. 130. in paruis.

Ex

Ex quibus inferuntur, quod meti executores cum clausula (Ceterum) quæ solet ¶ de stylo dari pensionario in reservatione pensionis, vel presentantibus gratias coram Auditore Camere in hoc Regno stante forma Sacri Concilij Trident. de qua supra, non poterunt post præfatam executionem, iurisdiclionem exercere, licet in fauorem Ordinarij contrarium aliquando de facto obseruetur. Id tamen intelligo contra contradicentes de iure, contra quos in prima instantia debet recurri ad Ordinarios, contra verò turbantes de facto non erit inconueniens, si procedat extra iudicalem compulsionem, quando clausula facit perpetuitatem. Hæc Riccius.

Quam doctrinam de verbo ad verbum, transcripsit Riccius ¶ ipse à Flores de Mena, qui ea omnia dixerat variis. quæst. 4. à num. 60. cum sequentib. Hoc tamen Authore tacito, qui quidem in hismet terminis dicit, causam iam missi in possessionem, & postmodum turbati remittendam esse Ordinario, ex dispositione Concilij Tridentini, eum clatè perueniat prima instantia hoc in casu ad illum pertinens, quippè iam cessauerit iurisdiclio Delegati, & ita practicatur quotidie in hoc Supremo Consilio Regio, atque inuicentanter obseruetur; proxi ex dicto Flores de Mena, latius videre poteris loco citato, & iterum in q. 12. num. 100. ad fin.

Fulcitur, quoniam clausula, Defendus inducitur, non operatur postquam ¶ immittitur semel pacificè possedit, ne derogetur Ordinarij iurisdictioni, idèd si molestarer postquam fuit inductus; via Ordinaria est agendum, & molestans coram suo Ordinario erit conueniendus. Quia hæc clausula amplius non habet effectum, nec conseruat iurisdiclionem executoris Delegati, vt superius latè diximus, & probant insuper Stapulius de litter. gratiæ. fol. 97. pag. 2. vers. Sequitur postmodum, Marchef. de commission. p. 1. pag. 939. num. 177. Campan. diuersorum iuris Canon. n. 11. c. 12. n. 283. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 18. n. 1. vbi n. 2. subdit Rebuffus in forma noue pronis. in verb. Defendus inductum, retulisse quod in Francia nihil operetur, quia Iudices Ordinarij post executionem factam sunt audiendi, quod & in Hispania idem obseruari ex dispositione Concil. Triid. ne deterior fiat eorum iurisdiclio, diximus sup. à num. 29. cum segg. Atque idèd, vt hæc clausula operetur post inductionem, missionem factam per executores in præiudicium iurisdictionis Ordinariæ, debet commissio, qua prædicta clausula apponitur, subiecti propria manu Sanctissimi, aliter à Senatu causa nouæ molestiæ & turbationis, remittenda erit Ordinario, ad quem de iure pertinet cognitio, ex superius abundè comprobatis.

Fulcitur deniq; ex eo, quod si post immisionem ¶ factam, ex l. fin. C. de edico diu. Adrian. vel virtute litterar. Apostolic. alius compareat cum alio testamento, vel alias litteras Apostolicas, aliòve pari stylo: nullatenus auditur in via executiua, sed in via Ordinaria, & in iudicio & foro competentè Ordinario, quia iste iusto titulo possidet, Iudice Authore iurè & rectè procedente, & mediante sua possessione effectus est reus, cuius fors est seruandus, & attendendus; ita tenent Bart. in l. fin. C. de edendo diu. Adri. & ibi Alexand. num. 23. Alacric. num. 14. Angel. col. penult. Benecintend. decis. 83.

n. 5. & 6. Berouus conf. 54. num. 3. lib. 2. Roland. conf. 78. num. 27. lib. 3. sequitur Zucardus in dist. l. fin. n. 374. Menoch. de adpisc. remed. 4. n. 565. & videtur sentire Peregr. de fideicom. ar. 48. n. 23. Mohedan. decis. 13. vt lite pendente. Caputaq. decis. 329. p. 1. Pateus decis. 131. lib. 2. & fuisse decisum in vna Reatina. bareddi. 4. Iunij 1599. coram Iusto, testatur Casat Argelius de legitimo contradic. q. 2. ar. 3. per totum. & signanter à n. 123. & segg. atque etiam à n. 133. in ea fuisse dictum; quod si iudex comparentem ex alio etiam posteriori testamento post immisionem factam ¶ admiserit in via executiua, & eum immiserit; Prior erit manuteneendus in sua anteriori immisione, & possessione, eò quod ab ea non potuit effici, nisi in via ordinaria auditus & victus vt reus necessarius, qui Casat Argelius latiori manu tractat de his omnibus videndus in toto dicto ar. 3. itaque quoties semel fuit quis à iudice missus in possessionem alicuius rei ritè & rectè procedente; quidquid postmodum contra eum alius insurgat initorio, aut pttitorio, conueniendus erit in suo foro competente, & cora suo Ordinario non aliàs.

CAPVT XIX.

Impetrata commissione ob recusationem Ordinarij, postmodum (re tamen integra) decedentis, vel recedentis, an per Senatum causa remittenda erit eiusdem Ordinarij successori?

SVM MARIVM.

Commissio impetrata ob recusationem Ordinarij, re integra, postmodum recedentis, vel decedentis, an à Senatu remittenda, vt causæ faciat remissionem successori, à n. 1.

Concil. Trident. præseruans primam Ordinarij instantiam, non sustulit legitimos modos, ad quos de iure ab eo licet recedatur, n. 1.

Recusationis causa legitimus est modus recedendi ab Ordinario in prima instantia, n. 3.

Ex recusatione cessat Trident. dispositio, & per consequens Senatus protectio, n. 4.

Res, quæ semel prohibitionem euasit, semper libera remanet, num 5.

Res semel alterata natura, semper remanet alterata, num. 6.

Recusationis causa licet cesset, ea mutatione Ordinarij recusati, non tamen eius cessat effectus iam consummatus, & in effectum deductus, n. 7.

Factum legitime retractari nequit, licet casu postea eueniret, à quo non potuit inchoari, n. 8.

Causa superueniens non mutat actum consummatum, num. 9.

Ius semel tertio acquisitum colligitur eo renuente, n. 10.

Commissione facta communi aduersario, ius est acquisitum eidem, & illi impetrans renuntiare non potest, num. 11.

Commissio ob recusationem Ordinarij impetrata, ex huius mutatione, re integra (nempe ante iurisdictionem in Delegato radicatam) retinetur in Senatu remissa causa cognitione Ordinarij recusati successori, n. 12. & segg.

Recusationis causa cessante cesset ipsa recusatio, n. 13.

F F Recusatio